

Geber. l. 3.  
ad finem.

est ar. vi. & sulph. & non in primam primæ, seu remotam materiam: quia omnium rerum vna est materia. Nam vt prima materia propinqua hominis, est vnio seminis vtriusque parentis, viri & feminæ: & prima materia propinqua metalli, est vnio argenti vi. & sulphuris: Ita & prima materia propinqua Elixiris seu Medicinæ Chemicæ, est vnio corporis & spiritus, ad abbreviationem quidem operis.

Idem lib. De anima, dictione prima, cap. 2.

*Si aurum & argentum non viderem, dicerem quod non est magisterium. Sed quia videro, scio magisterium esse verum.*

Idem lib. & c. eisdem

*Quæsiuerunt ab alio philosopho, quid diceret de magisterio lapidis: dixit, Per Deum ego reuelabo vobis, & non negabo. Qui accipit quod debet, & miscet sicut debet, & operatur sicut debet, procedet inde quod debet procedere. Et qui dat medicinam illam agroto sicut debet, & quantum debet, exhibit quod debet. Nullus enim Philosophus fuit, qui negaret magisterium, qui esset sapiens.*

ABVHALI in epistola de re recta, si modo alius est ab Aui-cenna, cuius nomen fuit, Hasen, & cuius pater fuit nominatus Hali, vnde dictus est Ebenhali, id est filius Hali. Et quia filium habuit nomine Hali, dictus est Abuhali, id est, pater Hali.

Idē aiunt

Geber. li.

1. ca. 11. &

ad finem

l. 3. Rodiā.

l. 3. verbo-

rum c. 4.

& Alber-

tus l. pro-

position.

propof. 5.

*Et nos quidem quod natura facit in mille millibus annorum secundum naturam, facimus illud idem artificialiter in tempore breui, sicut in die vna, vel in vna hora diei, cum medicinis propinquis, quāuis tamen in longo tempore præparentur, reducendo ipsa corpora corrupta in sua minea ad substantiam clarā & mineram incorruptam.*

Idem.

Idem ait

Geber ad

finem l. 3.

*Inquiramus ergo tincturam quam ignis non corrumpat, & substantiam que permisceatur liquefactis, & substantiam consolidatiuam & coagulatiuam, & adunatiuam, & fixā super ignem, & ingenium ad permiscendū ista ad inuicem, ita vt fiat vniendo vna substantia, in quam ignis non imprimat, & tingat cum eo quod est in ea de tinctura, & permisceatur cū ipso quod est in ipsa de substantia permiscibili, & consolidetur cū eo quod est in ipsa de substantia consolidatiua, & figatur semper cum eo quod est in ipsa de substantia fixa. Si ergo peruenimus ad hæc quinque res, perueniet ad nos intentio nostra.*

Rhazes